



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Digitale Sammlungen

Num. LIX. ANNI 1676. 24. JULII.

1676



EXTRAORDINARIÆ RELATIONES

ANNI 1676. 24. JULII.

Hafnia, Danorum metropoli, 14. Julij.

ARX in *Schenen*, dicta *Helsingburgh*, heri sub vesperis in decimam regis se clementiæ dedit, videns Regem paratissimum ad ferocem insultum, & Gubernatorem suum non nihil animo cadere ob revulsam glande brachium: Generalis Rosenkrantz hodiè reducit ad penates suos, interfectus in dictæ arcis expugnatione glande sclopetariâ: Generali Schack pes revulsus. Exercitus Svecicus Christianopolim fugit, & pontem Marianum propè Lundinum dissolvit metu Danorum, ne sequantur: prope *Elfenaur* sexcenta aut septingenta navigia, à duodecima hucusque continuo militem penè omnem transportarunt præter mille ducentosque equites & sex peditem milia: etiam trajecerunt tredecim moli, graves argenteâ Regis supellectile, jam jam obsessuri *Landskrå* jam tum obsessum eminis. P.S. Rex Svecorum è suis novem duntaxat millium virorum castris Holmiam fugit cum sex mille viris, ceteris in urbem suam præsidia distributis. Obsessi Helmingburghenses quod primò in obsidentes vibrarunt fulmen, tormentum sui matrem dirupit, & quinque rupturâ interremis, textum trans moenia obsidentibus objecit, mutilatum membris omnibus.

Parisii, 14. Julij.

REgi lapsâ Iovis in S. Germani ultra duas horas loquebatur Iudex, ut opinamur, de causa Dnæ de Brinvilliers & D. Penotier: alterâ Veneris inter eositè eadem causa agitabatur, hodiè forsitan expedienda: captiva illa duro osse pulli Gallinæ conata sibi fuit frustra vitam adimere. Cum Rege heri ante meridiem tres horas secretissima vota Princeps Condæ agitavit, non in Alfaciam, visus hæc tensus, sed in Flandriam migraturus ad executendam Trajectensium obsidionem, aut ad arctiore Cameracenses ad sui deditionem cogendos.

Rastachio, 16. Julij.

ADvenæ ex Exercitu Brandenburgico memorant, quod Elector Comitem Königsmarkium ter mille Svecis armatum proffigaverit Demminium inter & Stralsundam, tantis animi viribus ut plurimi enecati, paucis fugientibus, quos cum Comite Königsmarkio fugientes Stralsunda noluit excipere: Demminium interea obsideret & Anklamium: factam ex illo ruptionem Cæsarei frugerunt cum spe imminentis expugnationis. Gedanenses de morantis apud se Oratoris Svecici negotiis expiscari possunt minus nihilo: nummos subsidiarios à Gallis accepit solis fundatos assignationibus: laboris octavâ Cives Gedanenses seu Dantscenses Vice-Grammateo Poloniz nomine Regis præstiterunt homagium: Polonorum Regina proximè proficiscetur in Gallias, obturans aures per salsationibus Archi-Episcopi, quibus illam à proposito decerere allaborat: de itinere illo tot opiniones quot capita, quorundam existimantium, non solum itineris causam esse acidulas Gallo-Borbonicas.

Argentorati, 17. Julij.

Posteaquam tempus aliquod Gallicanus Exercitus Vveyersheimii & ad rubram vulgò turrim, substiterat aliquotque copias (quarum latec numerus, nimium enim desperare metuentur) & aliqui duo aliqui quinque Gallorum millibus illas valere iudicant, cum multis impedimentis Tabernas destinâras, quæ vicinum ponticulum transferunt, convenienter fumosi, copias Crequyanis socianda; hodiè cognovimus eum movere castra, ut existimant nonnulli, Ha-

genoam versùs corradendi commodius pabuli ergò, alii Sebustum, tentatura liberationem obsidionis Philippopolensis, in quo proposito ne impediatur, gravioribus se exonerârunt impedimentis partim Tabernas partim Hagenoam destinatis: Marescallum de Crequy cum suis quoque copiis dicunt nonnulli glomeratis passibus cogitare in *Zweybrucken*, irrururû in Palatinatum ad feliciores Principi de Luxemburgh concilranos successus: Gubernator Brisacensis ineffabilem vim foeni corradit ex universa Allatia, quibuscunque exculationibus aures obturans, & iniquens, necessitas belli *Galli* ei habet vim legis, nullis infringendæ exculationibus. Cæsarei manipuli sub imperio Gen. Vig. Magistri Schuitz adhuc dum morantur Bischoffsheimii, quibus multum hinc annonæ subministramus. Exercitum Gallicum novis instruendû subsidij, ex eo appareat, quod Princeps Birckenfeldicus subsidios suos monuerit, trumenta remetenda celerrimè, remessaque ex horreis ad securiora transportanda.

Ex castris Cæsareis, 18. Julij.

Cognito, hostem in castris ad abitum se movere, impedimenta Tabernas destinasse, cumque universo Exercitu, cujus equitatus 11000. viris, pediatæ verò triginta cohortes numerat metuendas multis impedimentis mavoritè, nobis appropinquare magis magisque; Princeps Lotharingic⁹ currentis decimâ quintâ cum Principe Pio Lauterburgum sub auro ram tubibat, jubebatque sub decimam robor omni moenium propugnaculorumq; tolli, ut numero suo illius præsidio legionibus nostris immisso Exercitus noster formidabilior, generosioribus animis in hostem irruat, siquidem Vrbs illa, si fuisset propugnanda, non solum exegisset quintæ lectissimorum virorum millia sed etiam Exercitus nostri non multis locorum intervalis absentiam, quæ obligatio plurimum potuisset, tantis nostris pro Imperio expeditionibus obesse: in cujus destructionis macurationem, pars pediatæ nostri seu ala sinistra manus indefessas noctu diuque iusta applicare, celeri ad eò successu, ut propugnacula heri solo æquata & in aerem ebullierint moenia: pons Laurerbergensis secundo Rheno cogitâ Philippopolim, ignorans, quo in litore figendus: habebimus itaq; duos pontes quem hæc illucque transire libebit, exigente necessitate. Princeps Lotharingicus è Lotharingia sua cognovit, Marescallum de Crequy Metis morari, nondum fama passim attingat. Verberantia Philippopolim fulmina verberant & aures nostras: Generalis Starrenbergh in pgiorem obsessorum loriculam irrupit feliciter, & invasit victoriosè; ulterioribus dexterioribusq; insultibus urbem quatet postliminè totus hic Exercitus.

Fridericopoli, 18. Julij.

Supremus campi-Commiffarius Comes Caplitz, posteaquam dies aliquot hic cum Electore nostro Palatino super promissis duabus cohortibus pedestribus, binis Cataphractorum equitum & quatuor desultorum centuriis necessarioque nervo bellico pluribus egerat & ad optatum ventilationes illas finem videatur perduxisse; nudis tertius hinc ad Exercitum Cæsareum revertit. Lauterburgensium moenium humiliationem factam audimus, Cæsareorumque impedimenta trahit in *Langen-Candel*. Posteaquam Generalis Verthmuller continuè approximationibus licet arduis magis magisque appropinquat Philippopoli, ita ut paucis solum passibus abisset à testibus

COPYRIGHT - NO 1 TO BE REPRODUCED PHOTOGRAPHICALLY WITHOUT PERMISSION

argumentis, & Princeps Loeharngicus Comitem de Starrenbergh miserat, qui vigilias & ceptos conatus promoturus sibi succederet; is in cedendo quammaximas sensit difficultates, petiitque manendi licentiam & ceptos assultus promovendi, cui petitioni num faciendum facis, videbimus proximè: ille interea Francofurtum heri profectus, ad obsidionem cras redibit: de novo ad illam graves aliquot curules machinæ & mortaria ex *Rheinfels*, Herbipoli centum sulphurei pulveris centenaria, Francofurto bina mortaria cum necessariis balistariis trahuntur, quibus Elector Moguntinus superaddet magnam copiam glandiû grandiorum, pyrobolorum, bipaliorum, lignonum, aliorumque ad obsidionem necessariorum. Præter duos ab obsidentibus exstructos suggestus tertium construit Generalis *von der Leyen*, qui nuper accessit cum legionibus Franconiæ. Danorum Orator D. Georgius V. Wilhelmus Orth Monachio ad obsidentium castra nuper veniens cum Margravio Badensi super multis consultavit, quorum tenorem nondû exploravimus.

Hamburgo, 18. Julij.

Sveci, cogniti, generosis insultibus imperterricos irruere Brandenburgicos; labentis octavâ munitum Svinerense solumque Viedomense celerimâ fugâ deseruerunt, vixque cesserant, succedebant Brandenburgici, inveniunt ingentem pyrobolorum, glandium, equorumque copiam: Generalis Major Schverin libera vit obsidione VVolgastium, ducentisque curribus annonâ gravidis *beavst*, duodecies mille libris panis, sexcentis filiginis, quadringentis farinae vasis, decies Imperialium millibus, septuaginta panni carulei voluminibus, sexcentis vini, quadraginta salis vasis, & octodecim centenariis lunium incendiariorum nitratique pulveris. Generalis VVangelin nuper in alio captus ducitur Custrinum. Deditio Stadæ pendet ab obsidentium concordia.

Ex Tractu Albis, 18. Julij.

Sub noctem paucis ante diebus non levis excitabatur tumultus ad limen domûs Principis Gortorii inter ministros ejus & cives aliquot Hamburgenses utrimque bene potos, idèquæ Princeps ad aliam clam coactus confugeret, timens ne in suam irrueretur, dum insolenter fenestræ diffringerentur, immodè irrupisset plebs distractis portis, nisi prædiciarius acturum miles frenum iniecisset: die alterâ Deputati è Magistratu & Gen. Delvich Principem accesserunt, se purgaturi de injuriis illatis, vindicandis poenâ quibuslibet complicibus jam tum in carceres detrulis infigendâ. Paucis ante diebus Staefensis non paucos filiginis manipulos remessuerant, Stadam transportandos, quod impedituri Lunzburgeri cum velarentur, emissa tormentorum fulmina litem dirimebant cum plurium utrimque internecone: eadem in urbe duorum proditorum ope nonnulli cives annonam exiguam prædiciariis clam adriperant, aliaque in Svecos ausi, in cuius poenâ Gubernator 4. mille Imperiales à civibus exigit, duosque complicum principes vinculis retulit. Tres Generales Danicus, Lunzburgericus, & Monasteriensis lapsâ Martis de laceffendis vehementiùs moribus Stadensibus consultaverunt, & ne obsidio in œdiosam trahatur expeditionem, armatis obsessos manibus aggredientur, corradentes duodecies mille gerras cotidemque saccos terrâ complendos, quibus difficultas irruendi minuatur: transfuga Stadensis affirmat, quemlibet prædiciariorum quot diebus præteriti mensis vixisse unicâ panis librâ, nec à distributoribus ob defectum posse hebdomadem distribui panem. Prosperrimis in *Schanen* progressibus Dani bacchantur: quadringentos ruricolos armatos destinârunt Sveci ad abstinendos à litore Danos, sed partim imbelles partim iniviti ad hoc operis, ne unico Danos lacefferent fulmine sed abjectis armis aufugerunt. *Schanen* clam clamitante, *Venite ad me omnes, qui orati estis, ego vos amplexibus meis constringam*.

Imprimèbat PETRVS HILDEN S. C. M. P. R.

gã, venite ad Nos Sponsam quæ olim avulsi & desponsata Svecis invita: vix describi potest, quo numero indigenæ ad Regis Danicæ castra ruant, seque submittant, jam tum ter mille ruricolæ Regi vires suas obtulerunt ad arma ferenda contra Svecos: irrumpenti in Hallandica viscera Generali Guldenlev se viresque suas Rex unire conabitur. Svecorum Polemarchum Vrangelum senio confectum finistris de triumphante Danorum Marte nuntiis sublatum è vivorum numero, confirmatur.

Hagâ Comitum, 21. Julij.

Ederati Proceres sempiternum magnanimo in visis Archi-Thalasso de Ruyter statuerunt monumentum erigere: Provincia Høllandica in ejusdem exstructionem erogabit duodecies mille florenos, ceteræ quid, quantumque sint addituræ, videbimus proximè. Senatum Senatus iteratò nuper rogavit *Generalitatem*, moneret vehementibus Provincias illas, quæ moram magnam iniiciunt solutioni, ut quidquid sumtuum debent officina nostra partem lapso partim hoc annis solvendorum, rursû mora minissent: monita responderunt, gratia sua solvendo esse imparia, perieruntque, Proceres Høllandicæ rogare, murus sibi darent 200000 florenos, annue se 4. procentum daturos; ad hæc Deputati Høllandorum nil decreverunt, certum quid conclusuri quamprimum mentem suorum hæc de re cognoverint. Oratori Anglicanum D. Tempelium nuper profectum Noviomagum excoluimus sexies mille, Secretarium verò sexcentis florenis. Thalassarchia consultavit hæntis, quæ celeritate navium bellicarum viginti sex aut triginta instruerentur, in Oceanum Siciliæ propè Panormum latrantibus supersticibus opem laturæ: quoniam Classis Svecica cladibus anni intervallum irreparabilibus affecta & ita quassa in portus Svecicos remavit, ut revolare non audeat; Vniti Proceres decreverunt, è suis quindecim, quas Regis Danorum Classi unierunt, sex grandiorum revocare, jungendas navibus Thal. Vicarii *Bastian*, navigaturi in Siciliam cum ceteris ab Ambstelrodamenti Thalassarchia aliisque tradendis. Princeps Auriacus ad Proceres non ita pridem exaravit litteras de Electore Brandenburgico, quod Galliarum Rex eidem vix credibilia obtulerit, si à Confederatorum partibus deflesteret, & neutralitatem fideliter observaret, tradendum scilicet: nunc Electori Svecinam totamque Pomeraniam, exceptis Scralesfundâ & Gripsvaldia, quibus tamen nullatenus excoecatus est, nec excoecabitur, nec à Proceribus nostris ansam sibi sperat daturâ in illa acceptanda, sed Høllandiam suis in hæteram vestigiis immobilem ad quoscunque promissorum turbines.

Ex Tractu Rheni, 24. Julij.

Suggestibus in Trajectum præteritâ Lunæ ultimam perfectionis manum addiderunt obsidentes: alterâ Martis cepèrunt flammivomis flagellis verberare Trajectum, Princeps Auriacus propè Mosam, ubi imbecilliora ceteris valla, & ad portam vulgò Bruxelensem, quam in postrema obsidione D. Montal fatigaverat, Germani latûs VVickenfè; non procul à Sedano tertius Gallorum congregatur Exercitus, pro virili dictam soluturus obsidionem, in eumque scopum collimat Vallorum Gallicorum ad arma descriptio: Mesacum vulnerandis dabit nosocomium medelamque, obsides Batenburgici evaserunt vincula obsessorum, emissisque clam affirmârunt, prædiciariorum bis mille quingentisque equites, & ter mille pedites ceteri, Officiales novo se juramento obstrinxisse Gubernatori, mandatumque sub poena capitis, ne quis civium, uxorum, filiorum & puellarû de cuedendis unquam deditiois conditionibus lacrymabundus loquatur: Felicem obsidionis successum à superis precari conatur univerfa Høllandia. Limburgensium obsidionem sui metuentiù timorem excutit Marecallus de Humiers cum 9. aut 10.000 Gallis à Tractu Mosellæ cogitans *Charles, Rex*.